



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XXXI. Der Bischof Dieterich bestimmt, daß die Hälfte der Opfer, die in der Kirche zu Niekammer einkommen, dem Domcapitel zu Brandenburg zufallen soll, am 19. Jan. 1362.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

hilgen Christs. Darby gewesen sindt die veste Lude Nicolaus Falke, Peter Trutenbergk, Riddere, Tile Bruege, die olde, die erbar Brüder Her Gottfridt, der Barfuten Gardian tu Berlin, Diderick Morner, Probist tu Bernowe, unse overste Schriver unde vele mer guder Lude.

Et nos Thidericus, dei gratia episcopus ecclesie Brandenburg. ordinationem et donationem factam dicti altari sancti Johannis baptiste, ut premititur, autoritate nostra pontificali et ordinaria ratificamus et approbamus, in signum hujus presentibus sigillum nostrum addentes. Datum anno domini M. CCC. LXIV. tertia die mensis Junii.

Nach einem Copialsuche des Brandenburger Domarchives.

XXXI. Der Bischof Dietrich bestimmt, daß die Hälfte der Opfer, die in der Kirche zu Niemammer einkommen, dem Domcapitel zu Brandenburg zufallen soll, am 19. Jan. 1362.

Thidericus, dei gracia episcopus ecclesie Brandenburgensis, ad perpetuam rei memoriam. Pridem exhibita nobis pro parte dilectorum Thiderici prepositi et capituli dicte ecclesie nostre Brandenburgensis petitio continebat, quod capella beate Marie virginis in monte Brandeburgh fuit ab antiquo per totam fere Germaniam venerabilis et frequentatione dignissima reputata fructuosaque preposito et capitulo memoratis, qui quidem oblationes fidelium in dicta capella solitas fieri per certa tempora percipere consueverunt et ex eis inopiam ecclesie sue predictae relevare, quodque postmodum nostris temporibus, nobis non approbantibus neque requisitis, absque causa quacunque saltem rationabili et vera seu probata, vulgaris infurrexit concursus ad ecclesiam ville Nycamer nostre diocesis cum oblationibus etiam frequentatus, que fuit et continuatus est in derogationem non modicam visitationis seu accessus dicte capelle magnamque diminutionem oblationum ibidem fieri solitarum ac grave prejudicium prepositi et capituli predictorum, et quod ipsi prepositus et capitulum optinuerunt suis magnis laboribus et expensis medietatem dictarum oblationum, que fierent in dicta villa Nycamer, impartiri plebano in Nawen contra consules ibidem, apud potentes domini marchionis Brandenburgensis illustris, omnes oblationes, que fierent in eadem villa Nykamer, pro ecclesia ejusdem ville contentiose vendicantes, quodque merito deberet sufficere dicto plebano in Nawen pars dicte medietatis oblationum sibi gratis accrescentis ad faciendum conditionem ecclesie sue meliorem et preposito et capitulo sepedictis fieri refusio dampnorum, laborum et expensarum suorum predictorum, prout hec nobis et aliis ea recte considerantibus fore nota dicebant. Nobis igitur humiliter supplicarunt prepositus et capitulum antedicti, quatenus eis benigne providere ac medietatem oblationum dicto plebano in Nawen accrescentium, ut premititur, eis donare dignemur. Cum autem juxta sacrorum canonum instituta providere debeamus, ne minor ecclesia sic locupletetur, quod inde pauperior fiat major, precipue cathedralis, et prenarrata sint etiam manifesta; deliberatione insuper habita diligenti, supplicationi premisse merito quidem duximus annuendum et auctoritate, qua fungimur, in quantum possumus, medietatem prefatarum oblationum, plebano in Nawen, ut premisum est, accrescentium, prefatis preposito et capitulo concedimus in perpetuum et donamus plebano in Nawen, qui nunc est, et qui fuerit in futurum, sub obtentu gratie divine et etiam nostre per presens munimentum nostrum injungentes, quatenus benigne dividat dictas oblationes accrescentes sibi cum predictis preposito et capitulo ecclesie nostre Brandebur-

genſis ac medietatem earum eis ſolvat. Actum et datum in caſtro noſtro Sejezer noſtre dioceſis anno domini M^o. CCC^o. ſexageſimo ſecundo, die Jovis, nona decima menſis Januarii noſtro ſub ſigillo.

Nach dem Originale des Domſtifts Brandenburg.

XXXII. Erkenntniß des Hofrichters zu Berlin, Henning Feldberg, in Sachen der Wittve Michels von Schlabberdorf wegen ihres Leibgedinges zu Dürö, vom 4. Juli 1362.

Wy Hennigh veltberch, eyn hóuerichter des Hochgheborn vorſten hern Ludewighes, Marggraue tu Brandenborch vnd tu Luſitz, Bekennen openbar allen Luden in deſſem Briſ, Dat vor vns is ghewefen in gherichte tu olden Berlin Michils wif von Slaberſtorp, den god ghenade, an eyne half, vnd Betke velkenern, Borger tu Spadow, an dy ander half, vmme dat gud, dat dar leyt in deme dorpe tu duratz, dat dar lopt vp dry winſpel Roggen, ane viſ Schepel, Dat dy vorbenumde vrowe andedingede vor or liſghedinghe. Des heft Betke velkener dat gud vorantworden vnd irvolget vor gherichte myt alleme rechte vnd dy vorbenumde vrowe nederuellich wart vor gherichte vnd ſy des gentzlik vorteth vnd vplyt myt vinger vnd myt tunghe vor gherichte, myt guden willen, alſo dat ſy engene anſprake wolde mer daran hebben. Des heb wi Betkene velkener vorbat dar vp eynen vreden vpghevracht, alſo alz myns heren man vunden hebben vor eyn recht. Dy tuch deſſer dyng ſynt Jan von Selchow, Tylo Brugghe, Hennig von Schonenelde, hans velf, kerſten duſeken, Melez von Brytzik, Copken Dypenſe, Rulof kraz, Claws Ronnebom, vranke ruthenik vnd vele ander guder Lude, dy ordel vnd recht vt vnd in ghedragen hebben. Ghegeuen nach godes ghehort drutteyn hundert Jar in dem twe vnd feſtichſten Jar, des Dynſtages am Sunthe pawels daghe, Beſegelt myt des gherichtes ingeſegel.

Nach dem auf dem Rittergute Bredow befindlichen Original, woran das Siegel ſieht.

XXXIII. Papſt Urban recommendirt den Mathias Honow dem Biſchofe von Brandenburg zur Verſorgung mit einem geiſtlichen Lehne, am 28. Nov. 1362.

Urbanus, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Brandenburgeniſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Conſtitutus in preſentia noſtra dilectus filius Mathias Honow pauper clericus tue dioceſis, nobis humiliter ſupplicavit, ut eum ipſe, ſicut aſſerit, beneficium aliquod eccleſiaſticum non obtineat, provideri ſibi de benignitate apoſtolica mandaremus. Quia igitur illi ſunt ad eccleſiaſtica beneficia promovendi, quibus mores et ſcientia ſuffragantur; Cum idem clericus, quem per certos examinatores ſuper hoc deputatos a nobis de literatura examinari fecimus diligenter, inventus ſit in illa convenienter idoneus ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum; nos de vita et converſatione ipſius clerici notiam non habentes, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de his ſolerter inquirens, ſi eum vite laudabilis et honeſte converſationis eſſe repereris, et aliud eccleſiaſticum